

minali causa debitor est. quo casu bonis cederenō
 potest. nisi enim in ære solvatur, in corpore luen-
 dum est. l. j. §. i. de pœn. Aut verò ex causa privata
 & civili debet, quo casu carere metuendus non est,
 cum ex tali debito noninem incarcerari debere
 sit traditum. l. ob æs. Cod. de actio. Aut denique
 ex causa civili, sed publica debet, veluti is qui cū
 fisco contrahit, vt solent qui à regis officialibus li-
 gna è syluis cædis emunt, aut prædia, redditus,
 glandisq; lectionem conducunt: hi enim, licet ex-
 pressum non sit in contractū, & corporis prehen-
 sione obligantur, Bart. in l. nemo carcerem. Co. de
 exacto. lib. 10. & cedere bonis non possunt, vt Ia-
 son tradit, in d. §. sed & is. moribusq; nostris ob-
 seruatur. Quod si priuatum debitore dolo fecit quo-
 minus soluendo esset, qualem effinxit Faber spe-
 ciam, aut per contumaciam indicare bona sua re-
 cuset, vel debitum agnoscere, sed nec eo casu ce-
 dere bonis potest, l. fi. §. fi. quæ in fraud. creditor. l.
 ob fœnus. de adm. tur. cum vel dolo vsus deliquit,
 & debitum prius fateri teneatur. l. penultim. de
 cefsio. bo. Quapropter cefsionis tum beneficio
 ferè vtimur, cum (vt fieri assolet in instrumentis)
 ex causa priuata, nos nostraque bona & præterea
 corpus ipsum, solutionis defectu retinendum, pi-
 gnorauiimus. Quod extendit quoque Imbertus,
 quando ex delicto victus, cedere bonis cupit,
 quatenus priuato delatori, in multam pecunia-
 riam damnatus est. Sciendum est autem nullam
 hac cefsione obligationem tolli, Ioan. Fab. & scri-
 bent. in dic. §. sed & v. sed exactionem exceptione
 minui. Igitur bonis cedens prius (vt diximus) de-
 bitorum se agnoscere debet, ac demum cautione
 iuratoris repromittere, si ad pinguiorem fortunā
 peruenierit, se alieno ære liberaturum, gl. in di. c.
 Odoardus. Qui tamen si postea conuenietur,
 exceptionem, vt supra dictum est, cõpetentiz ob-
 iiciet, hoc est, deducto ne egeat. Ideoque si libris
 vel arma ad victum necessaria, post cefsionem cõ-
 parauerit, eo nomine nõ in quietabitur, sicuti nec
 ob modicum, Zasius in d. §. sed & v. Colligendum
 ergo ex supra dictis, omnibus omnino debitori-
 bus, cuiuscunque sexus vel conditionis extent, ce-
 dere bonis licere. Quod plerisque tamen casibus,
 ac Iasone non indiligenter recessit, minus obti-
 net. Primus est (sicuti proximè adnotauim⁹) cum
 quis dolo facit quominus soluat, d. l. fi. §. fi. argu. l.
 in bonæ fidei. de pecu. & l. is cum quo. de acquir.
 plu. ar. Item quum quis ad factum obligatus est,
 quod puto tum intelligendum, quando is solus fa-

ctum commodè propter singularem indistric-
 tare potest. Alioqui cum nemo præciè facere
 teneatur, id quod iudicem præstando, vel eo nomi-
 ne bonis cedendo, liberari possit. Item ei qui ex
 delicto, vel quasi debitor est, cedere bonis nõ per-
 mittitur, d. l. j. §. de pœ. Item neque is auditur bo-
 nis cedere volens, nondum à creditoribus in ius
 vocatus. Frustra insuper ad cefsionem confugit,
 qui simpliciter abique nexu corporis obligatus est.
 Faber & Taf. d. §. sed & is. Postremò ad cefsionem
 non admittitur, quem spe cefsionis debitum con-
 traxisse, apparet. cum eo ipso dolo se fecerit. Barr.
 in l. j. respon. j. si quis test. lib. e. iust. sue. Sic nec mi-
 nor qui, in integrum restitui sperans, maiorem se
 dolo dixerit, in integrum restitui potest, leg. j. & ij.
 C. si minor se ma. dixerit. cum deceptis. non deci-
 pientibus, subueniatur. l. ij. ad Vell. An autem is,
 qui debitum negauit, postea confessus est, ad ces-
 sionem admittatur? Quod magis est, l. de ætate. §.
 fi. de inter. ac. licet Iason contra. Lex etenim iudi-
 catorum, id est, sententia damnatorum, expressum
 meminit. at certum est, sententiam in inuitum, &
 contradicentem proferri, l. inter stipulationem. de
 verb. oblig. siquidem in confessum nullæ sunt iu-
 dicialis partes. Postremò queritur, an cefsionis be-
 neficio renuntiare possit? Faber non posse tradit,
 cui & Iason accedit. Angelus contra, cuius præ-
 ualere opinio videtur, l. si quis in cunferibendo. C.
 de pa. maxime si iuramento firmata renuntiatio fu-
 erit. Spe. ti. de renuncia. §. j. verific. item benefic. ar.
 l. ij. C. si. mino. se ma. dix. Nec obest quod dicitur
 mariti pactum, quo ne in quantum facere potest
 exigatur, conuenit, serua idum non esse: nam quia
 contra debitam maritis reuerentiam introducitur,
 bonis quodanmodo moribus repugnat, l. a-
 lia. §. eleganter. solu. ma. sed pactum ne quis bene-
 ficio cefsionis vtatur, contra bonos mores fieri nõ
 potest intelligi: cum aliquando non recipiatur,
 Ang. d. §. Sed & is. potiusque illud pactum ad fidẽ
 commerciorum vergat conferendum. Atque
 hæc quidem ferè sunt, quæ de actionibus habebam⁹
 dicenda, breuiter à nobis, & velut perfunctõ-
 riè dissertata, ne subiciuas illas horas apud nos el-
 se pateremur otiosas: non quod videri velimus om-
 nia nos exactè, vtq; nihil præterea desideres,
 perstrinxisse, sed vt surgentes iuris architecti, ve-
 lut iactis fundamentis, non nihil etiam labore suo
 superstruant, nobisque saltem eo nomine gratu-
 lentur. Verum enim (vt ait princeps ille vatum)
 - Hæc ipse equidem spatium exclusus iniquis,
 Prætereo, atq; aliis post me memoranda relinquo.

Finis.



11010